

Platonis discrepasse, tum eum duas lectiones non raro offendisse, ita, ut nesciuisse videretur, vtra vera ponenda esset.

Routhii, Viri doctissimi, egregium opus, nimirum Euthydemum, et Gorgiam, meo libro bibliopolae iam ad describendum tradito, legendum accepi: quem multis locis mecum consensisse, quibusdam vero a me discessisse, cum voluptate cognoui. Confirmantur, ut vidi, lectiones a me receptae Codd. a Routhio collatis, Bodlei. scilicet et Reg. Sect. 2. in δῆλον ὅτι pro δηλονότι et τίνα ἄν pro τιν' ἄν; Sect. 4. in περί τι pro περί τί et οὐκοῦν περί pro οὐκοῦν γε περί; S. 16. in ἔπειτα, S. 59. in τί δε αὐτῶ ἐν — κόσμου; pro τί δε αὐ; τῶ ἐν — κόσμου. Me autem dissentiente, Routhius notam interrogantis fustulit S. 27. post ἐξελέγξειε, quae in Stephani textu est, in colon mutavit, et S. 31. post ἀδικεῖσθαι et S. 52. post λυπᾶνται notam interrogationis deleuit: quibus addantur, quae Sect. 80. post εὐθύ, et τετράφθαι (Routh. edit. p. 293. 516.) leguntur. Interdum a lectionibus Codd. ipse discessit, nec meae mentis, et opinionis fuit, ut Sect. 12. in του et ξύλλογον, S. 16. in φυλάττη, S. 17. in ἦτις. Sunt alia, in quibus mecum consentit, ut S. 31. in παρέχων pro παρέχων σε, S. 32. in τίς pro τί, S. 56. in αὐτῇ pro ἡ αὐτή; S. 19. δικαιοσύνην defendit, (vid. edit. Routh. p. 389.) Sect. 27. πεπεραίνθαι etiam actiue capit, et eodem modo,
quo